

DE INFIRMITATIBVS.

Si Iupiter & Sol damnati uel cadentes fuerint, natus deficit sensu.
Mars & Venus supra terram impediti, dominant olfactum, & generant morbum in naribus.

Saturnus & Mars in sexta uel duodecima infortunantes Lunam, uel dominu[m] ascendentis, maxime si signum sextum fuerit Cancer. Similiter quando Sol fuerit sub terra infortunatus, & Luna de nocte, maxime uero in sexta, qui sic nascuntur, passiones stomachi habebunt.

Iuppiter dominus scxtæ ab infortunatum malignis pulsatus radijs, aut Luna domina sextæ infortunata à Marte. Similiter si dominus ascendentis & Luna ambo infortunentur à Marte, aut cum Mars sub terra fuerit infortunatus, natus in epate dolores sentiet.

Luna domina sextæ à Saturno infortunata, aut dominus ascendentis in septima infortunatus, aut Saturnus dominus ascendentis à Marte infortunatus, aut quo modocunq[ue] Saturnus infortunatus sub terra fuerit, in splene cruciatus luet.

Luna in angulo terræ coniuncta Marti uel Saturno, aut ab eis infortunata. Similiter si Venus fuerit domina sextæ infortunata in signo igneo, in pulmone doles, aut circa, uel phtisim, uel suffocationem anhælitus dabit,

Venus à Saturno infortunata, significat dolores testiculorum, maxime si fuerit in ascidente, Similiter Venus cum Marte in octaua, aut Luna, Venus, & Mars coniuncti in malo aspectu Saturni.

Sol damnatus sub terra debilitat stomachum, Luna damnata sub terra debilitat pulmonem. Mars hoc modo damnat ep[icte]r, Saturnus splenem. Mercurius fel.

Dominus ascendentis applicans domino sextæ, facit natos suæ ualestudinis negligenterissimos.

Applicatio domini sextæ ad dominum ascendentis, significat ægritudines, separatio autem, liberationem ab infirmitatibus.

Si Luna & dominus eius ab infortuniis liberi extiterint, & si in sexta non fuerit infotuna, natus non habebit infirmitates.

Pars infirmitatis, & dominus eius ab infortuniis liber, natos dabunt incolimes, si contrarium, dic diuersum.

Pars infirmitatis si coniungitur stellæ Bebeniæ de natura infotunæ, natus habebit infirmitatem turpem & manifestam.

Ascendens & Luna, sunt significatores corporis.

Dominus primæ, & dominus domus Lunæ, significatores sunt animæ. Quare si ascendens & Luna sunt impediti, & eorum domini liberi à malis, significant infirmitatem corporis, sed animæ sanitatem. Et si fuerint ascendens & Luna liberi à malis, & domini eorum impediti, significant corporis sanitatem & tristitiam animi.

Significatores sextæ domus, uel pars Azemene, & dominus eius, fortunati, uel fortes & fœlices, significant sanitatem corporis. Si uero fuerint infotunæ uel debiles, dic contrarium.

Almuten infirmitatis fortunatus, modicas notat infirmitates.

Impedimentum erit circa illam partem corporis, quam significat signum quod fuerit tempore nativitatis impeditum.

Pars Azemene si in partibus ascendentis fuerit, & Luna cum ea coniuncta uel dominus ascendentis, erit Azemene in membro illius signi. Dando ascendens capiti &c. Si hæc pars fuerit supra terram erit manifesta, sub terra occulta.

Leo, Virgo, Scorpio, uel Sagittarius ascendens, significant signalia ante & post.

Significator infirmitatis in ascidente, dat infirmitates in principio uitæ. In medio